



Universitätsbibliothek Paderborn

**Ven. Viri Thomæ Malleoli A Kempis, Canonici Regvlaris
Ordinis D. Avgvstini. Opera Omnia**

Thomas <von Kempen>

Dvaci, 1625

De visione cœlestis mensæ eleemosynis pauperum repletæ. XXIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45790](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-45790)

2. Tota autem hyeme, iussit semel aut bis in hebdomada, magnam ollam cum pisis preparari & coqui, & ex ea cum prædictis carnis pauperibus distribui. Imitans exemplum Elisei prophetæ, qui filiis prophetarum præcepit pulmentarium in olla parati. Rarò autem alicui ex his aliquid mittebat, nisi denariū panū vel magnum adderet, si tamen eum habere poterat. Sed nec panem dabat, nisi superadderet aliquod ferculum cum pane sumendum: vel pecuniam ad conditentum eib[us] emendum. Et non solum pauperibus, sed etiam diuitibus, quando petebant, eleemosynis suis ex charitate subueniebat. Longum est dicere per singula, quæ larga manu, prout habere poterat, infirmis, debilibus, viris, ac feminis puerperis tribuebat.

CAPUT XXIII.

De visione cœlestis mensæ eleemosynis pauperum repleta.

1. **S**ed quantū placuerant Deo eleemosynæ huius virginis, cœlesti quadam visione reuelatum est ei positæ in excessu mētis. Vnde cùm raperetur in paradisum, videbat frequenter primò mensas collocari, ac viridibus & sericis mappis operiri: Deinde eleemosynas suas, quasi de cœlestibus depositas, super mensas caldem reponi; nec tamen aliquando minui, sed potius augeri. Potum verò, quem in amphoris lapideis solebat largi, videbat in amphoris ad modum crystalli perlucidis ibidem præsentari. Pisces quoque assos, pro nepte sua Petronilla defuncta datos similiter apponi.

2. Videbat etiam gloriosum conuentum beatorum, singulos in ordine suo per gradus distinctos, quasi causa refectionis ad mensam in tempore debito procedere: atque presbyteros calices erectos tenere, & cœteros secundum dignitatem suam armaturas congruas deferre. Se quoque interdum assistere & ministrare, vel vescientibus confidere, potū assidentibus & sibi ministrari: Omnes autem ineffabili gaudio ac iubilo repleri, super tanta charitate sibi per eam exhibita. Si quando in mensis illis nihil videbat de sua largitione repræsentari, stabat vehementer confusa; quasi singuli suas particulas apportassent, ipsa autem nihil intulisset. Vnde tam pro gloria eleemosynarum augenda, quam pro confusione illata, festinabat deinceps eleemosynas augmentare.

3. Nonnunquam verò Angelus ductor suus ad quandam separatam & speciosam cellam eam ducebat, in qua refectionem suam ei ministrabat. Hac refectionem etsi ineffabilem sentiebat, tamen prout exprimere poterat, cœlesti quoddam & diuinum lumen esse dicebat, quo diuinitus reficiebatur & inecriabatur. Interdum etiam precibus ab Angelo obtinebat, ut aliquem ex fami-



familiaribus & dilectis sibi, ad ista sapienda assumere posset: qui et si aliquid tale in somnis speculando sentirent circa se actitari, longè tamen alio & inferiori modo, quam circa ipsam, talia fiebant.

LIBER SECUNDVS.

CAPITA.

- D**E initio spiritualium consolationum eius, per recordationem Dominicæ passionis. **Cap. I**
- De raptu eius in terram sanctam, & ad sacra loca urbis Romanae. **II**
- De mirabili claritate & suavitate, intra cellam eius apparentibus. **III.**
- De visione in nocte dominica Nativitatis, & ubertate lactis in umberibus eius. **IV**
- De virga cypresina, quam ei Angelus attulit de paradyso. **V**
- De preuatione Angelica claritatis, ob præsentiam alterius in cella eius latentis. **VI**
- De raptu eius ad loca purgatorij, & ad gaudia paradyssi: unde fertum, à beata virginе sibi datum, reportauit. **VII**
- De corona glorioſa sibi preparata, propter vituperia & vulnera, à Pocardis sibi inficta. **VIII**
- De patientia & morte Petronilla, neptis huius virginis. **IX**
- De subtractione consolationis diuine, quam virgo insurrebat, ob tristiam neptis defuncte. **X**
- De deuoto iuuenie Gerardo eremita facto, & peregrinis eum visitantibus. **XI**
- De felici obitu Domini VVermoldi presbyteri, huius virginis fidelis amici. **XII**
- De diuersis raptibus eius, & cognitione de statu querundam religiosorum. **XIII**
- De apparitione & cognitione Angelica claritatis circa eam. **XIV**
- De mirabili modo interne commotionis, ante raptum spiritus eius. **XV.**
- De spiritu prophetia eius, quo multa secreta alijs reuelauit. **XVI**
- De quodam sacrifa defuncto, & alijs pluribus defunctis. **XVII**
- De cautela & circumspectione eius, circa reuelationem statuum defunctorum. **XVIII**
- Detentatione cuiusdam viri, consilio virginis à laqueo diaboli liberata. **XIX**
- De femina meritis beata Maria virginis, à fono desperationis liberata. **XX**
- De